

49 prescriptio actionis, de qua agitur, & vt in vnum plures taceat Balb. de prescriptio. 3. p. 6. p. prin. §. 4. num. 10. si autem lis cœpta iam sit per litem contestationem, non solum interruptitur prescriptio, sed perpetuatur actio in 40. annos, etiam si decem tantum, vel minus aliis ad eius prescriptionem sufficerent. l. si. C. de prescriptio. vel 40. annor. tradit latè & eleganter X Suarez in repet. l. post rom. §. considerata ult. à num. 4. Ducenas in regul. 6. Parlador. rerum quoti lib. 1. c. 1. §. 14.

Quo breuiter supposito dicit Valdes in additio. ad Roder. X Suarez in l. post rom. §. considerata ult. nota. 2. ad num. 3. litera C. quod si ius exequendi ex actione personali, & ex sententia super ea (quod durat decem annis secundum l. 6. 3. Tauri, & nos supra) interruptitur per litem contestationem, aut petita executione, tunc perpetuatur ius exequendi in alios quadraginta annos, allegat Auiles in cap. 10. pratio. num. 63. Auenda in 2. p. cap. 30. num. 14. de exequen. man. Didacus Perez in l. 39. tit. 13. lib. 3. ordinamen. hoc magis clarior, & iuri conformior explicuit Parlador. lib. 1. rerum quoti. cap. 1. §. 13. num. 19. per Rodericum X Suarez in repet. l. post rom. d. §. considerata ult. nota. 2. num. 4. loquendo in iure exequendi decennali ex d. l. 63. Tauri, vt si hoc ius exequendi fuerit in iudicium deductum per citationem, vel executoris missionem in alios decem annos, si verò per litem contestationem, in quadraginta perpetuari.

His conuenit, quod elegatè dicit Achil. de Graff. in decis. unica de execut. sentent. sequutus à Rota Romana in vna Lengionen. prætimo. 27. Nouembr. anno 1592. ad fin. quam ad litera in aliud propositum, adducit Nicol. Garcia de benef. 6. p. cap. 4. num. 42. qua decem. mentio fit, ita pariter declarasse Rotam in alia Tudertina bonorum coram D. de Rubeis, quod licet aliàs iure canonico executoriales præscribantur triginta annorum spatio; non procedere, quando earum fuit cœpta, vel petita executio, quia tunc per triginta annos non præscribuntur, vt intelligantur secundum nostros terminos, vt vel interruptatur prescriptio, vel perpetuetur ius exequendi in alios 40. annos.

53 Illud autem, quod dicunt præcitati Doctores, Valdes scilicet, & Parlador. quod ius exequendi cœptum per citationem, aut executoris missionem interruptatur prescriptio ipsius iuris, & faciat, vt de nouo ex tunc incipiat; verissimum est. at quod per contestationem ius exequendi perpetuetur, declara; vt non intelligatur per veram contestationem, quoniam ipsa nō habet locum in via executiua, maximè ex instrumento, prout loquuntur Doctores ipsi ex his, quæ

dicta sunt in secunda opinione supra adducta, iuncta tertia opinione, à ratione cessante. Et sic necessarium est, intelligendum in ficta contestatione, & in eo actu, qui pro loco contestationis habetur. nam certum est, quod causæ, quæ carent litem contestatione, ille actus qui aliàs sequitur post contestationem in causis, quæ illam requirunt, aut à die oppositionis, & contradictionis rei super negotio, & quando incipit tractari de meritis 55 causæ, habet vim litem contestationis, probant Cyn. in l. properandum num. 5. Bart. in §. si quidem. n. 1. Bald. n. 2. vers. nota hic quod rēpus. Salicet. n. 1. Alexand. n. 2. vers. in causis C. de iudicij. Maria. Socin in c. venerabilis. art. 8. sub n. 2. 4. vers. fin. de iudic. inter tract. Doct. diuer. tom. 3. p. 1. fol. 98. Curt. Senior in l. 1. sub n. 1. 4. C. de iure iur. per calu. inter tract. diuer. tom. 3. p. 2. fol. 131 & ex Bart. Paul. de Cast. III. & Marant. refert & sequitur Escacia in lib. 1. causar. ciuiliu. c. ult. n. 12. & de appella. q. 15. n. 2. 45. Bald. in l. edita 1. repet. num. 48. C. de edendo. Et loquendo in executiuis, etiam plurimos refert vltra citatos, & sequitur Maranta de ord. iudi. §. p. prin. in prin. num. 4. & sic dicendum venit, vt ad perpetuandum ius exequendi, debeat præcedere actus, qui loco contestationis in iure habetur. maximè quoniam per quasi contestationem, & per actum, qui loco contestationis habetur, actionem perpetuari in quadraginta annos, non est dubium, probat text. in l. nam & postea. §. si is qui temporalem. ff. de iure iur. text. in l. 2. C. ubi in rem actio, latè post alios Balbus in tract. de prescrip. 4. p. 6. part. prin. n. 2. in fi. & n. 3. & sic debeant intelligi, & declarari præfati DD. quæ omnia, quia quotidiana sunt & necessaria, nota.

Hoc supposito, & dato, quod in executiuis perpetuetur ius exequendi in 40. annos, si forsan per tot id iudicium finem non accipiat; videtur iustificata difficultas n. 47. superius proposita, in eo casu, quo diximus, viam executiuam habere peritiam instantiam, per silentium triennij, quoniam si damus extinctionem instantiæ, cur perpetuationem executionis permitimus. Cui facile responderetur, quod vtrumque potest adesse, & simul stare, quoniam perempta instantia per lapsum triennij non perit causa, nec ius partis, imò eius virtute potest de nouo actor causam incipere, & nouam instantiam fabricare. l. properandum §. si. & ibi gl. in vers. vigorem. & communiter Doctores, C. de iudicij. & Bart. in l. petenda C. de tempor. in integr. resti. Marant. de ord. iudi. §. p. prin. in prin. num. 47. fol. 273. in fi. quoniam licet tunc pereant acta iudicij, non autem acta causæ, seu litem, ita Ab. in c. venerabilis colu. 6. vers. quero que acta, de iudicij, acta autem iudicij illa dicuntur

60 cuntur, quæ tendunt ad litem ordinationem, prout libellus, litem contestatio, terminus probatorius, satisfationes, conclusiones, & alij similes actus. acta verò causæ dicuntur 61 ea, quæ tendunt ad litem decissionem, prout sunt depositiones testium, instrumenta, confessiones, & alia similia acta probatoria, vt declarat gl. in dem. sepe, in verbo, defensiones de verb. signi. Marant. ubi proximè num. 55. & sic acta omnia pertinentia ad litem ordinationem pereunt cum instantia, acta verò probatoria non pereunt. Specul. in tit. de iud. delega. §. resta. vers. sed nunquid omnia. & Bal. in l. cum antea circa si. C. de arbi. Bart. plenè in l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. latè Alexan. in l. is apud quem colu. antepenul. & penul. C. de eden. & Ab. in c. causam qua. de testi. & ubi proximè. Marant. d. num. 55. fol. 277. vbi facit conclusionem ex dictis, quod quando instantia incipitur de nouo, possunt in vim probationis, reproduci attentiones, & probationes receptæ in prima instantia perempta, & faciunt plenam fidem ex supra citatis Doctores, & Alexan. in cons. 61. colu. 3. in fi. in 2. volu. Solùm ergo requiritur, quod lis de nouo ordinetur, incipiendo à libelli porrectione, & ad alios actus secundum naturam iudicij, & sic in executiuis, casu quo perit instantia; potest iterum de nouo actio in factum ex iudicato intentari, de triennio in triennium, vique ad quadraginta annos, quia ea per triennium non peribit, sed acta ordinatoria duxat, quare sequitur vt vtrūque, & instantia perempta, & perpetuatio possit, simul concurrere, & stare.

65 Ex his infertur vltimo loco ad intelligentiam sacri Concilij Trid. sess. 24. de reformatione cap. 20. quo in prima instantia per lapsum biennij datur libera facultas partibus, vt possint adire, superiorem competentem, quando per dictum biennium inferior neglexit, causam decidere, & terminare, ex quo Triden. loco plures aduocati quotidie intendunt, ius canonicum (quo non peribat instantia) esse antiquatum per dictum cap. 20. & instantiam finiri biennio. Sed falluntur, quia Concilium tantum imponit illum terminum inferiori ad causam finiendam, non tamen irritat acta processus, vt bene aduertit Zerola in praxi Epif. 1. p. verbo instantia. §. 4. imò potius per eandemmet acta, in suo statu permanentia, superior aditus terminare debet, vt in d. cap. 20. probatur, ibi, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, superiores, aliàs tamen competentes, adire, qui causam in eodem statu, quo fuerit, assumant, & quamprimùm terminari, curent, &c. quo si instantia periret, simul & omnia acta iudicij

67 Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

ordinatoria, citationes, libelli, termini, conclusiones, & similia, (vt dictum est,) quibus aut eorum singulis deficientibus, superior terminare non poterat, quia deficit substantia & lis. & sic eo decreto solum punitur negligentia inferioris, & in eius pœnam hæc datur facultas recurfus, & priuilegium partibus.

## CAPVT III.

Executorum differentia quatuorplex, & de singulorum lata demonstratione; & quando ab eis emissæ appellationi denegata delatio vim detegat. vbi quid sit excessus, quatuorplex, quomodo, quandoque proponatur, aut etiam probetur, aut ab eo quoties appellari licebit.

## SVM MARI VM.

Executores siue executorialium siue gratiarum aut meri sunt, aut mixti. n. 1.  
Merus executor in quibus à mixto distinguitur, & cognoscatur. n. 2.  
Executor merus dicitur, quoties omni liquidata materia, & precedente causæ cognitione super exceptionibus, & liquidationibus nudi facti executio est commissa. n. 3.  
Exceptio, qua ommissa fuit à parte citata per iudicem super causæ cognitione adhibita in executione, non potest postea executor, cui executio committitur de ea cognoscere. n. 4.  
Executor mixtus dicitur, cui executorialium executio committitur nulla precedente causæ cognitione super exceptionibus, & liquidationibus, que incidere solent in ea. n. 5.  
Executori commissa censetur causæ cognitio, & terminatio eorum, que incidunt, & admitti solent in via executiua, vbi alius cognitio non præcessit. n. 6.  
Executor mixtus est iudex, & habet iurisdictionem ad exequendum. n. 7.  
Executor mixtus cognoscit de cœnentibus executionem sententia. n. 8.  
Executor mixtus potest cognoscere, & terminare omnes exceptiones, que opponi possunt executioni executorialium, non tamen respicientes merita causa. n. 9.  
Executor datus ad rerum & fructuum restitutionem, est omnino mixtus, cum illi commissa intelligatur fructuum liquidatio. n. 10.  
Executor merus nullam causæ cognitionem habet, sed prout factum committitur, & ideo caret iurisdictione. n. 11.  
Executor vterque quas exceptiones admittere, vel



vel reijcere teneatur, & quando ob id poterit ab eo appellari. n. 12. remissive.

Executor sine meris sine mixtus est delegatus, & vices gerit mandantis. n. 13.

Lex seu Canon debet intelligi secundum rubricam, sub qua situatum est. n. 14.

Ab executore sine mero sine mixto, appellationi emissa non deferens, vim nullam facit. n. 15. nisi modum excedendo. ibidem.

Excessus consentire non videtur, qui consentit sententia. ibidem.

A qualibet causa munditi licet alias negetur appellatio, tamen admittitur ab excessu. n. 16.

A visitatione licet non appelletur, tamen a visitatione excedente admittenda est. n. 17.

A correctione fraterna licet negetur appellatio, tamen admittitur corrigente modum excedente. num. 18.

Ab executore neutro appellatur, nisi modum excedat. n. 19. & n. 20.

Ab executione, C. quorum appellatio. non recipit. intelligitur in executore, cui iurisdictio inest. num. 21.

Executor sine sit facti, sine sit iuris, admittit appellationem ab excessu. n. 22.

Butri. & Ruginell. conuincuntur dicentes, a mixto executore posse appellari. n. 23. & seqq.

Executor qui mandatum exequitur, non est qui grauat, sed sententia, & iudex, qui eam tulit. num. 24.

Appellatio cum est denegata a re iudicata & iudice, debet denegari ab eius executore. n. 25.

Actus non attribuitur exequenti, sed mandanti & ordinanti. n. 26.

Illud quod venit in executionem actus inappellabile, pariter inappellabile est. n. 27.

Liquidatio incidens in executionem est pars ipsius, cuius substantiam & naturam non mutat. n. 28.

Liquidatio in executionem incidens non inducit nouum grauamen, sed continet declarationem interpretatiuam (cessante excessu). n. 29.

A liquidationibus incidentibus in executoriam executione no appellatur. n. 30. remissive.

Ab executione non appellatur. n. 31.

Idem est appellare ab aliquo facto iudicis, quod a iudice aliquid faciente. n. 32.

Ab utroque executore negatur appellatio, nisi excessus adsit, quia alias fieret de via executiua ordinaria. n. 33.

Ab executore mixto, cui virtualiter intelligitur commissio negotij principalis cognitio; licet appellare, & de exemplo. n. 34.

Etiamsi non excedat. ibidem.

Gratianus reprobat, dicens ab executore excedente appellari quoad deuolutiuum, non tamen suspensiuum. n. 35.

Excessus est potestatis mandata limitum transgressio. n. 36.

Excessus est nouum quoddam grauamen extra limites potestatis mandata per executorem illatum, & hac descriptio magis consonat. n. 37.

Executor recipit potestatem a commissione stricta, cuius limites non transgreditur, sed pra oculis habere debet. n. 38.

Executor tenorem commissionis pra oculis habere debet. n. 39.

Iudices non debent recedere a verbis rescriptorum. n. 40.

Iudex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus eius verba patiuntur. num. 41.

Commissionis verba ubi non conueniunt, nec ipsa conuenit commissio. n. 42.

Plura loca sacra Scriptura ponderantur vetantia excessum mandati. n. 43.

Deuteronomij c. 12. in fi.

Apocalypsis c. vltim.

Exodi c. 25.

Actuum Apostolorum c. 7.

Paul. ad Hebraeos. c. 8.

Iob c. 14.

Deuteronomij c. 19.

Paul. ad Timotheum. c. 6.

Dauid Psalm. 118. & Psalm. 2. & 3. ad 6.

Genesis c. 24.

Dini Pauli v. Philipp. 3.

Idem Thessaloni. 1. c. 4.

Ioan. 1. c. 2. c. 5. & c. 15.

Dini Bernardi lib. 1. de considerat. c. 3.

Dini Pauli 1. Corinth. c. 5.

Luce c. 12.

Ioannis c. 6. & c. 4.

Dini Ambrosii lib. de Paradiso. ibidem sub d. n. 43.

Tenorem sententia, & commissionis pra oculis habere debet executor. n. 44.

Tenor sententia est forma ipsius. n. 45.

Verba sententia ponderanda sunt, sicut verba contractus. n. 46.

Verba contractus sunt forma ipsius, qua dat esse rei, cui aliquid nec addi, nec detahi potest. n. 47.

Prouiso omnis facta determinato modo suos terminos egredi non debet. ibidem.

Dispositionem nullam ultra egredi, quam quod tenor patitur. n. 48.

Tenori dispositionis semper inherendum, nunquam tamen recedendum. n. 49.

Plurium iurium verba recensentur in varijs dispositionibus earum tenorem attendendum, mandantium. ibidem.

A verbis cuiuslibet dispositionis non est recedendum, etiam si natura rei aliud suadeat, cum verba sint clara. n. 50.

Tenor scriptura attendendus in sententia, commissione, rescripto, legibus, statutis, privilegijs, testamentis, feudorum concessionibus, compromissis libellis, instrumentis. n. 51.

Vbi verborum ordo, ibi mysterium est. n. 52.

Tenor

Tenor mandati via est & lucerna executoris. n. 53.

Munera, & malignantium persuasio executorem diuertere, & declinare faciunt a tenore mandati. n. 54.

Plura ad id sacra Scriptura loca adducuntur in comprobationem. ibidem.

Creatura omnes (dempto homine) sui creatoris precepta adimplent in nihil transgredientes. n. 55.

Executor si executorialium fines egrediatur, desinit esse iudex, & potestate carere tunc incipit. n. 56.

Executor executorialium ad insar est iudicis habentis iurisditionem territorio limitatam, ut si illud egrediatur, efficitur priuatus. n. 57.

Extra territorium ius dicenti impune non paratur. n. 58.

Executoris potestas coarctata est ad limites commissionis, sententia tenori inherens. n. 59.

Limites territorij egredi, & terminos iurisditionis ampliare, idem est. n. 60.

Potestas sententia finibus concluditur. n. 61.

Executor in eo quod excedit, desinit esse executor. num. 62.

Executor in excessu caret iurisditione, & desinit esse iudex. n. 63.

Et caret potestate. n. 64.

Executor excedens executoriales aliud separatum & diuersum ab eis facit. n. 65.

Grauamen illatum ultra sententia tenore nouum est, & excessus minime admittendus. n. 66.

Nouum grauamen illatum per executorem nondum in iudicio fuit cognitum, nec grauatus super illo condemnatus. n. 67.

Lus est initianda cum eo, cui sententia non officit. n. 68.

Executor exequens nouum grauamen in sententia non comprehensum, dicitur excedere, quia incipit ab executione. n. 69.

Excessus executionis dicitur casus non decisis in sententia, que exequitur. n. 70.

In excessu cessat omnis res iudicata, & omnis obligatio executiua. n. 71.

Executor excedit pluribus modis. n. 72. nempe De re ad rem, & de quantitate ad quantitatem. De persona ad personam. De tempore ad tempus.

Reijciendo legitimas exceptiones sententia licite opponendas, aut admittendo reijciendas. Praposterando ordinem sibi in commissione traditum.

Ei semper quando caret potestate & iurisditione. num. 73.

Ab excessu appellationi emissa nisi executor deferat vim facere, decernit senatus aditus per viam violentia. n. 74.

Excessus potest dici & committi tot modis, quot potest aliquid dici plus. n. 75.

Excessus omnis grauamen est. n. 76. no. econ. Salgado de protect. Reg. Tom. II.

uerso. ibidem.

Excessus grauamen est qualificatum plura specialissima continens. n. 77.

A simplici grauamine per executorem illato appellationi non deferitur. n. 78.

Ratio differentia inter simplex grauamen, & grauamen qualificatum, scilicet, excessum redditur. n. 79.

Executor infert simplex grauamen intra limites sua commissionis, non tamen in excessu. n. 80. ubi redditur exemplum.

Executor si praeter minus, quam in sententia sit comprehensum, grauat simpliciter, non excedit, & quare. n. 81.

Excessus dicitur quando aliquid additur sententia que exequitur, non tamen quando aliquid detrahitur. n. 82.

Excessus & defectus inter se contraria sunt, & repugnantia. n. 83.

Excessus executoris tria reperiuntur in iure descripta remedia. n. 84.

Appellatio scilicet, querela, & nullitas. ibidem.

Excessus tendunt in noxam reipublica ac regulariter in malam partem sumitur. n. 85.

Executor excedit tenetur parti de dolo, vel actione iniuria. n. 86. & facit litem suam. ibi.

Excedere dicitur executor, si aliquid dolose vel lata culpa faciat. n. 87.

Contra excessum executoris potest grauatus implorare officium iudicis superioris. n. 88.

Querela aduersus executores excedentes quotidie videntur aduocati in supremis tribunalibus. ibidem.

Immunitas collectis si describatur in libro contribuentium, debet infra decem dies appellare. num. 89.

Non immunitas autem ab excessu poterit querelam semper proponere. ibidem.

Per viam appellationis licet possit quis conueniri de iniquitate executoris, tamen etiam potest quodcumque superioris implorare officium. num. 90.

Ad excessus reuocationem nullitatis remedium iure introductum est. n. 91.

Ab excessu simul cum querela appellare valde vtilissimum est, ne executor excessum exequatur. v. 92.

Ab executore excedente appellatio emissa utrumque habet effectum deuolutiuum & suspensiuum, cui nisi deferat executor, vim facit. numero 93.

Querela ab excessu non operatur effectum suspensiuum. n. 94.

Ab excessu executoris vtilius est appellare, ut euitetur actualis executio grauaminis. n. 95.

Appellationis & querela remedio ab excessu executoris uti simul non potest, ad effectum recurrendi ad regem per viam violentia. & quare. n. 96.

2 2

Deficiente



Deficiente appellatione (que coram ipso executore necessario est proponenda) non potest haberi recursus per viam violentiam. n. 97.  
 Querela supponit superiorem, coram quo proponenda est. n. 98.  
 Appellatio & querela ubi simul competunt, qui appellationis via vitatur, debet intra decem dies interponere, secus in querela, quia & post illos potest proponi. n. 99.  
 Ab excessu viens appellationis remedio non auditur post decem dies. n. 100.  
 Excessus intra quod tempus sit proponendus. descriptur. n. 101.  
 Excessus executoris ut non sit nullitas, sed iniustitia tantum, egeatque appellatione qui teneant. n. 102.  
 Ordo l. a Dno Pio. §. in venditio ff. de re iudic. an detur pro forma substantiali, ita vt eius peruersio non egeat appellatione. n. 103.  
 Ordinem assignatum per d. §. in venditione esse inductum pro forma, & eius omissionem causare nullitatem & excessum, qui teneant. n. 104.  
 Ordo executionis de quo in §. in venditione omissionis per iudicem ordinarium non causat excessum & nullitatem, sed iniustitiam. n. 105.  
 Ordinis peruersio de quo in d. §. in venditione facta per executorem causat nullitatem, & excessum. n. 106.  
 Iurisdictio ordinarij an sit per commissionem executionis superius nouiter delegata, aut excitata, multum interest, quoad excessum. n. 107.  
 Excessus quilibet executionis est nullus, quia in excessu executor caret potestate, mandato & iurisditione. n. 108. & tempera. vt n. 248.  
 Ab excessu quantumvis nullo utile est appellare ut causet suspensionem. n. 109.  
 Excessus per viam appellationis & nullitatis potest in iudicium proponi. n. 110.  
 Excessus omnis mandata commissionis est nullitas. n. 111.  
 Nullum est omne gestum prater mandati formam, nec valet, vt valere potest. n. 112.  
 Excessus executoris non transit in rem iudicatam, quominus quocumque tempore possit in iudicium allegari. n. 113.  
 Excessus an ultra triginta annos possit proponi. num. 114.  
 Nullitas sententia triginta annis durat. n. 115.  
 De nullitate perpetuo agi potest in causis, quibus vertitur anime periculum. n. 116.  
 De excessu executoris etiam post triginta annos & perpetuo agi posse, defendit Auctor. n. 117.  
 Executor in excessu mandata potestatis caret mandato. n. 118.  
 Executoris mandatum & procuratoris eiusdem legibus reguntur quoad excessum. n. 119.  
 Mandatum iurisditionis & mandatum ad lites equiparantur, & de vno ad aliud arguitur. num. 120.

Mandatum utrumque litis, & iurisditionis est stricti iuris, in quo non veniunt nisi expressa. n. 121.  
 Nullitas ex defectu mandati quoadque etiam post mille annos potest proponi. n. 122.  
 Et idem de nullitate proveniente ex defectu iurisditionis. n. 123.  
 Exceptio nullitatis ex defectu mandati & iurisditionis non censetur exclusa ab statuto excludente omnes exceptiones. n. 124.  
 l. Regia tit. 15. lib. 3. ordina. limitans terminum proponenda nullitatis intra 60. dies non procedit in nullitate iurisditionis & mandati. n. 125.  
 Excessus executoris excedentis limites sententia potest quando quoadque proponi. n. 126.  
 Executor quando excessit non currunt fatalia, quominus omni tempore de huius nullitate dici possit. n. 127.  
 Attentati simplicis reuocationem nullo tempore prescribi posse, qui dixerint. n. 128.  
 Attentati simplicis reuocatio quanto tempore prescribatur, & quando perpetuo peti possit. n. 129. remissive.  
 Excessus causa pendente an currat tempus ad appellandum a simplici grauamine, casu quo declaratur non excessisse executorem. n. 130.  
 Agenti de nullitate sententia etiam succumbenti non currit terminus ad appellandum ab ea propter iniustitiam. n. 131.  
 Dummodo nullitas calumniose non sit proposita, aut ex causa euidenter improbabili. ibidem.  
 Que doctrina procedit in attentatis absque distinctione, an appellatio sit compatibilis vel incompatibilis. n. 132.  
 Excessus executoris est attentatum. n. 133.  
 Excessus executoris est incompatibilis cum simplici grauamine, & iniustitia. n. 134.  
 Super excessu iudex dumtaxat aditus non potest se intrinsece & cognoscere de simplici grauamine, & iniustitia executoris. n. 135.  
 Dilaciones due quando procedunt, non ex eodem fonte, sed diuersis respectibus, vna alteram non confundit, sed utraque successiue operatur. num. 136.  
 Que origine & respectibus sunt diuersa, eadem sunt prosecutione & effectu. n. 137.  
 Excessus causa, & simplicis grauaminis sunt inter se diuersa. n. 138.  
 Excessus articulo pendente non currit terminus, ad appellandum a simplici grauamine executoris. n. 139.  
 Ab excessu qui appellauit etiam si succumbat, prodest illa appellatio, vt possit prosequi super simplici grauamine, quia semel a facto executoris appellauit, licet sub falsa causa. n. 140.  
 Ab excessu appellationi emissa per procuratorem carentem speciali mandato ad idem deferendum non est. n. 141.

Executionem

Executionem ex re iudicata emanata a lite qua procurator quis fuit petere non potest, nisi cum speciali mandato. n. 142.  
 Si ope exceptionis repellatur, alias bene poterit actionem indicati procurator intentare. n. 143.  
 & de alijs limitationibus ibi remissive.  
 Ab excessu si appellatur, debet excessus nominatim exprimi, alias appellationi deferendum non est. n. 144.  
 Ab excessu contra appellantem est iuris presumptio, cum ab executore regulariter sit prohibitum, nisi specialiter ab excessu, & ideo is debet exprimi, vt executor cognoscat an sit deferendum. n. 145.  
 Appellatio ubi regulariter est prohibita, permittitur tamen ex speciali ratione in aliquo casu, ratio debet exprimi, vt illi deferatur, & quare. ibi. num. 146.  
 Excessus causa si non sit in appellatione expressa, executor non tenetur supersedere, sed exequi. num. 147.  
 Excessus causam exprimeret nullam tamen, non prodest. n. 148.  
 Excessus causa est exprimenda, vt discernatur, an sit appellatio deneganda, vel concedenda audientia. n. 149.  
 Ab excessu appellationi resistit ius non facta causa expressione. n. 150.  
 Excessus cause omisso non vitiat appellationem, nec ea non est de substantia nisi quoad effectum deferendi. n. 151.  
 Excessus specialis expressio requiritur, ita vt non sufficiat appellatio, quia excessisti a tua commissione. n. 152.  
 Nec sufficit expressio in genere per relationem ad acta. n. 153.  
 Ab excessu appellatio an totam executionem suspendat, an solum excessum expressum. n. 154.  
 Excessus causa expressa si non concernat totam executionem, illam non suspendit appellatio, sed excessum expressum. n. 155.  
 Excessus in vno casu allegatus supponitur in alijs non adesse. n. 156.  
 Appellatio non cadit super excessu non expresso. num. 157.  
 Appellatio ab vno articulo non suspendit totam causam non connexam. n. 158.  
 Regius senatus aditus per viam violentiam ob denegatam appellationem ab excessu, quo decreti genere vti solet, & quomodo concipiendum. n. 159.  
 Cautela Vestry ad suspendendam totam executionem vigore appellationis ab excessu refertur. num. 160.  
 Vestry cautela manifeste vt falsa conuincitur. num. 161.  
 Ab extensiuo expensarum & fructuum taxatione appellatio an totam causam suspendat. n. 162.  
 Excessus executoris quomodo sit probandus. n. 163.  
 Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Excessus non presumitur nisi per appellantem probetur. n. 164.  
 Excessus debet constare euidenter verisimiliter & probabiliter. n. 165.  
 Signatura iustitie anteaquam committat causam appellationis suspensionem ab excessu, non facile credit partis assertioni, nisi prius de illo gustaret. n. 166.  
 Excessus executoris probatur ex inspectione actorum que gessit & commissionis. n. 167.  
 Imiquitas indicij inter procedendum quando arguitur ex inspectione processus detegitur. num. 168.  
 Executoris mandati defectus probatur ex actorum inspectione. n. 169.  
 Negatiua coarctata ad certam scripturam per illius inspectionem probatur, quia quod ibi non reperitur expressum, presumitur non factum. n. 170.  
 Legatum non fuisse mandatum, nec relictum probatur ex inspectione testamenti. n. 171.  
 Negatiua, aliquem non esse talem prout asseritur, probatur per inspectionem actorum. n. 172.  
 In iudicij priuilegijs, & similibus quod non reperitur expresse concessum, censetur prohibitum. n. 173.  
 Commissio non presumitur nisi quatenus de ea constet. n. 174.  
 Mandatum quem non habere, seu potestatem indicandi, seu ordinem non fuisse seruatum, & similia, probatur per actorum inspectionem. n. 175.  
 Quod in eisdem actis non apparet, dicitur non adesse. n. 176.  
 Pro mandato non presumitur nisi quatenus eius inspectione appareat. n. 177.  
 Mandatum regulariter debet exhiberi. n. 178.  
 Excessus directo opponitur commissioni mandata, iuxta quam appositus expressum. n. 179.  
 Excessus executoris per commissionem detegitur, sicut macula faciei per speculum. n. 180.  
 Commissio speculum executoris est. ibidem.  
 Dni Gregorij auctoritas mirabilis adducitur in proposito. n. 181.  
 Executoris potestas vt quanta sit, appareat, commissio legitime exhibenda est. n. 182.  
 Executoris potestas pendet a deputatione, sicut procuratoris a mandato, & sic a deputationis verbis non est recedendum. n. 183.  
 Commissionis forma debet attendi specificet, vt executoris potestas cognoscatur. n. 184.  
 Suprema pratoria ad detegendum executoris excessum faciunt trahere commissionem & processum originalem. n. 185.  
 Que de facto sunt, de facto & omisso ordine iudicario reponenda, ius est. n. 186.  
 Appellatio ab executore Apostolico excedente an legitima sit, detegit senatus Regius ad quem recurritur per viam violentiam per inspectionem processus originalis. n. 187.

Excessus



Excessus separati ab executione possunt probari per testes, ut Varatari, vel illi qui ex actis non apparent, tangunt tamen negotium principale. num. 188.

Excessus executoris tangens executionem ex actis non apparet per viam querelae, proponi potest coram superiori, licet interim non suspendat. n. 189. & ibi declaratur.

Ab excessu executoris non nisi semel appellari potest, nec secundae appellationi deferendum. n. 190. Ab excessu appellans iuris praesumptionem contra se habet, quod ideo restringit potestatem appellandi. n. 191.

Excessum non adesse declarans superior non causat perpetuum praedictum, sed reparabile per viam simplicis grauaminis prosequendum post executionem. n. 192.

Excessum non fuisse licet declaratur, non tamen negatur adesse grauamen simplex. n. 193.

Super qualitate grauaminis executoris cognoscitur, quando appellatur ab excessu, super quantum cadit appellatio, cognitio, & determinatio. num. 194.

A simplici executoris grauamine pendente executione appellans non auditur, sed in finem peractae executionis reseruat grauaminis cognitio. n. 195.

In excessu causa succumbenti non obstat exceptio rei iudicatae, quo minus per viam simplicis grauaminis ulterius grauamen in iudicium deducatur, quia est causa diuersa & separata. num. 196.

Super aliqua qualitate formata inquisitio quae non probatur, & sequitur absolutio, potest de simplici delicto denuo inquiri. n. 197.

De excessu proposito & sic de qualitate grauaminis si non constat, grauamen simplex reseruat remanet suo loco & tempore deducendum. n. 198. vbi de exemplo.

Agens prius de simplici executoris grauamine & succumbens, an possit postea idem grauamen qualificatum, & sic per viam excessus in iudicium deducere. n. 199.

Absolutus ex vna causa potest ex alia conuenitus condemnari. n. 200.

Repulso ob ineptam actionem propositam non obstat exceptio rei iudicatae aptam ulterius proponenti. n. 201.

Grauamen simplex executoris ut excessum proponens inepte, & ante tempus agit, quapropter succumbens peractae executione illud apte proponit. n. 202.

Causa eadem agendi, ut obstat exceptio rei iudicatae, debet esse immediata non mediante aliquo. n. 203.

Rei iudicatae exceptio ut obstat, debet euidenter constare. n. 204.

Sententia lata super vna actione non nocet eidem agenti ex alia actione sibi competenti ex eo-

dem fonte. n. 205. declara, ut n. seq.

Etiam si ad sit conformitas aliqua cum alia actione diuersa. n. 206.

Pluribus actionibus competentibus ex eodem factis, diuersa tamen causa & respectu, sententia super vna, non nocet ex altera agenti, secus quando ex eadem causa. n. 207.

Excessus supponit defectum potestatis, & iurisdictionis, ac nullitatem, grauamen simplex, aut etiam potestatem & actus varietatem supponit. n. 208.

Iudex ad quem ab excessu est appellatum, non potest se introuertere super causa principali executionis, sed an sit excessus, vel non. n. 209. Ab excessu causa an vtraque pars possit appellare semel. n. 210.

Titulus C. ne liceat in vna eademque causa tertio pronocare, intelligitur, ut qualibet pars posita bis appellare, non amplius. n. 211.

Statuto disponente ut semel tantum in causa appellatur, possunt dari duae appellationes a qualibet parte vnica. n. 212.

Supplicatio bina vbi est prohibita, intelligitur ab eadem parte, quia vtraque potest semel supplicare. n. 213.

Duae sententiae conformes faciunt rem iudicatam in articulo excessus ad liquidationem fructuum & expensarum. n. 214.

Duae conformes ut dicitur in articulo excessus, debet praecise concurrere bina appellatio in vna parte, & tres sententiae. n. 215.

A sententia Episcopi si semel tantum possit appellari, intelligitur si a superiori prima sententia confirmetur. n. 216.

Secus si prima infirmetur, quia tunc ab alia parte poterit prouocari. n. 217.

Appellatio prima ab excessu executoris suspendit secum, appellatio autem ab eius reuocatione suspensio effectum caret, & de ratione differentiae. n. 218.

Fauor suspendenda executionis concurrrens in appellatione ab excessu durat in repositione exequenda appellatione non obstante. n. 219.

Quod de facili fuit concessum, de facili est reuocandum. n. 220.

Appellationis privilegiatae ratio quandoque claudicat, ut a prima sententia non suspendat, a reuocatoria autem sic, & de conuerso. n. 221.

Excessus ad reuocationem an praecise & necessaria sit appellatio. n. 222.

Excessus reuocationi vna remedia sunt a iure assignata, appellatio, nullitas, & querela. n. 223.

De essentia appellationis est illam proponere de minori ad maiorem. n. 224.

Consuetudine induci non potest, ut appellatio proponatur a maiori ad minorem, sed sic proposita vitiatur ipso iure. n. 225.

Ordinarius in causa delegata minor est iudice delegato a Principe. num. 226.

Excessum

Excessum factum per delegatum Principis potest ordinarius reponere. n. 227.

Excessus executoris ut reponatur, non est necessaria appellatio, sed querela sufficit. n. 228.

Ab excessu appellare, licet non sit necesse: tamen valde est utile, ut executor supersedeat in executione eiusdem excessus. n. 229.

Nullitas deperse proposita siue principaliter aut incidenter, non suspendit executionem sententiae. n. 230.

Et idem de nullitate per viam querelae proposita. num. 231.

Nullitas deducta per viam exceptionis non suspendit executionem. n. 232.

Limitatur in nullitate euidenti ex actis ex defectu iurisdictionis, necnon sententia irretinabilis. n. 233.

Excessus nullitas per querelam deducta non suspendit executionem. n. 234.

De nullitate dicere, & adire per viam querelae, paria sunt. n. 235.

Supplicatio, cui adaptatur querela, non suspendit executionem. n. 236.

Excessus & nullitas deducta per viam appellationis impedit executionem. n. 237.

Executio facta a pendente excessu deducto per viam appellationis, est atterata & reuocatur. n. 238.

Excessus per viam appellationis, huius naturae vitiatur & assumit vires. n. 239.

A sententia nulla licet appellari, quia non est sublata facultas, sed necessitas appellandi. num. 240.

Effectus nullitatis deducta per viam appellationis. n. 241.

Ab excessu appellatio omnino necessaria est, ut recurri possit ad Regium senatum pro tollenda violentia. n. 242.

Excessus ratione cause ille dicitur, qui concurrat circa exceptionem iniuste admittendam, vel reiiciendam. n. 243.

Excessus ob non admissam legitimam exceptionem executioni appositam praecise requirit appellationem, alias transit in rem iudicatam. num. 244.

A reiectione exceptionis opposita nullitatis euidenti ex actis, si non appellatur, iterum postea opponi non potest. n. 245.

Ordinis omisio respicientis utilitatem partis tantum, non vitiat executionem, sed permittit appellationem. n. 246.

Exceptionem contradicere non sufficit, nisi etiam a reiectione opponens appellet. n. 247.

Excessus ratione causa (hoc est) ob exceptionem reiiciendam non est nullitas. n. 248.

**E**XECUTORVM, siue gratiarum siue executorialium, ex re iudicata emanatarum, hoc est, ad mittendum sententias debita executioni (quorum naturam & ma-

teriam pro nunc nos dumtaxat insequimur, in duplici est a iure differentia. nam aut meri sunt, aut mixti executores, quibus iudex, qui sententiam tulit, & executoriales decreuit, earum executionem faciendam committit, ut in effectum perducant, hanc iure differentiam constituere. glo. singularis in c. pastoralis. §. quia vero. de officio delegati. & in c. de cetero. de re iudi. Cardinalis cons. 64. & 94. glo. verbo, cognoscatur, in c. dicenti. §. & si non cognitio 2. §. q. 2. & in c. qui. de appellat. §. ab executione. verbo, non potest. 2. q. 6. & ex mox citandis latius apparebit.

Et a mixtis executores tunc distingues, & cognosces: quando meri dantur praecedente necessaria causa cognitione in negotio ipso principali, ac post rem iudicatam, simul ipse iudex eandem causa cognitionem adhibuit super exceptionibus, quae obijci, & opponi possunt executorialium executioni, & admitti debent de iure, ac super liquidationibus faciendis, ac denique omni liquidata materia, ac discussa via executiua, & executionis processu fulminato, & discussis his omnibus, quae in quamlibet executione incidere assolent, praecedentibus terminis, dilationibus, ac citationibus faciendis, secundum cuiuscunque executionis naturam, & sic quando nihil executionis remanet faciendum, nisi mittere executoriales executioni, secundum formam commissionis suae, quia non aliud tunc eis committitur, quam illa facti executio, & nudum ministerium, veluti condemnatur quis ad restitutionem praedij cum fructibus, damnis, interesse, &c. & liquidata quantitate fructuum, &c. praemissa citatione condemnati, committitur rei possessionis traditio. ac iterum quando condemnatur quis ad centum sibi ex causa mutui petita, cognitio per eundem iudicem de omnibus exceptionibus, quae executioni opponi possunt, quando addictio bonorum, & actualis satisfactio alicui committitur, quod est purum factum, ac ideo isti quidem sunt meri executores, text. est in l. si ut proponis. & in l. executorum. C. de executione rei iudicatae, quae iura secundum hanc doctrinam interpretantur Doctores Bart. in l. a diuo Pio in prin. n. 10. & ibi Iff. n. 12. & seqq. & alij Doctores ff. de re iudi. Bal. in l. si non cognitio vers. nota. C. si contra ius vel utilitatem publicam. Innocent. & Butri. in c. de cetero de re iudi. & ibi Abb. in §. col. vers. 3. memb. ut post alios Felid. Abb. in c. pastoralis §. quia vero n. 3. vers. de quinto. de off. delegati. plures allegat & sequitur Bernar. Diaz in regul. 270. Gregor. Lopez in glo. verbo. Señalado in l. 57. tit. 18. p. 3. decisio Tholosana 344. & additio singularis ad eam. Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. §. 2. p. §. 3. n. 1. & seq. Amador Rodri. de executione



cognitione c. 2. n. 38. Couart. in pract. q. c. 16. n. 5. quam dicit communem Menoch. de arbitra. iudi. lib. 1. casu 38. num. 20. Bobadilla in poli. lib. 2. c. 20. nu. 45. late etiam prosequitur multis citatis Doctoribus Petrus Surdus, conf. 405. a n. 15. cum seqq. ubi etiam declarat hoc procedat, et si postquam legitimam partis præcessit citatio ad huius causæ cognitionem super executione, quod si ipsa non opponat, sed omittat exceptionem, sibi imputet, nam post ea huiusmodi executor, cui fit eius commissio, (qui non est mixtus) non poterit de illa cognoscere. vide ibi per eum.

5 E conuerso autem mixti executores ij dicuntur, quibus executio rei iudicatæ super negotio principali, & executorialium ab eo emanatarum, committitur, nulla præcedente, nec facta causæ cognitione super ea, nec discussis exceptionibus, aliterque, quæ in executionis discursu incidere assolent, quæ ab eiusdem executionis natura proueniunt. ac sint in ea omnimodo admittenda in processu, ac via executiua. Bart. in l. a diuo Pio. in princ. n. 6. ff. de re iudi. Abb. in c. de cetero. de re iudi. in 4. colu. vers. secundo membro. eodem tit. glo. verbo, cognoscatur in d. c. dicenti. & §. si non cognitio. 2. 5. q. 2. Benedic. de Vandi. in reperto. Feli. verbo, executor mixtus est ille. Parlador. Amador Rodrig. ubi proxime. Greg. Lopez. in glo. verbo Señalado in d. l. 57. tit. 18. p. 3. late Menoch. de arbitra. iudi. lib. 1. quest. 38. num. 3. Castellus à Bobadilla in politica d. lib. 2. c. 20. num. 48.

6 Qui omnes ex hoc rectè inferunt, quod cum istis sit executio executorialium commissa, nulla præcedente cognitione eorum, quæ incidunt in eam, quæque possunt allegari, & opponi in actu executionis, ac via executiua, quæ quidem præcisè præcedere debent, ideò istis executoribus pariter censetur committi eorum cognitio, & liquidatio, & terminatio, factusque est index, habetque iurisdictionem, vltra quos idem probant Ab. in c. de cetero. de re iudi. in 4. colu. vers. secundo membro. idem Ab. in c. pastoralis §. quia verò. de off. delega. in prin. vers. de secundo scilicet executeore, colu. 1. dicens quod executor mixtus cognoscit de concernentibus executionem sententiæ, idem dicit gl. in §. sunt quorum. vers. ab executeore. 2. quest. 1. & ibi Domini de sancto Gemini. gl. in d. §. & si non cognitio. Feli. in d. c. pastoralis §. quia verò. vers. gl. in verbo, & si scias. num. 16. l. & si non cognitio. ubi Doctores C. si contra ius vel vti. publi. l. a diuo Pio. & ibi Bart. num. 4. idem Bart. in l. prescriptione num. 2. quem sequitur Decius in cap. 2. num. 3. vers. & ad hoc. de rescrip. Innocen. in c. de cetero. de re iudi. decisio Tholo. 344. & eius additio. dicentis cum cæteris citatis;

quod hic mixtus executor potest cognoscere, & terminare omnes exceptiones, quæ executioni sententiæ, & executorialium possunt obijci, & opponi; non tamen eas, quæ respiciunt merita causæ, à quo nos late infra in c. 7. de excessu ab exceptionibus. iuxta text. (sic intelligendum) in l. Nefenius §. vltim. ff. de re iudi. c. si fideiussores §. idem respondit. ff. de fideiusso. l. ex diuerso. §. fin. ff. soluto matrimo. l. csi non cognitio. C. si contra ius veluti publi.

lis conuenit, quod post alios Doctores 10 ab eo citatos, animaduertit eleganter Petrus Surd. in conf. 515. tomo 4. quod executor datus ad rei restitutionem, & fructus à condemnato perceptos, quod executor, qui huiusmodi fructuum liquidationem facere tenetur, non est merus, sed omnimodo mixtus, quod sic nos videmus hactenus practitari. cui adiunge doctrinas hactenus allegatas. idem etiam dicit Escobar de Puciocin. c. 31. a num. 16.

E conuerso autem merus executor, cum 11 sibi sit dumtaxat purum factum, ac nudum ministerium commissum, nec habeat causæ vllæ cognitionem, pariter & iurisdictione omnimodo caret, Gemina. conf. 109. in princ. Bald. consil. 36. factum quod proponitur in fin. lib. 4. idem consil. 98. casus in prin. vers. secundo casu lib. 3. Calderin. conf. 28. si legatus, aliis 5. de rescriptis. Anton. de Butrio 74. num. 3. per totum. Cauat. in addi. ad Butrium. ubi allegat Bald. in c. cum super. colu. 3. de re iudi. late prosequitur Cardin. Tuscus consil. 499. in princ. litera E, tomo 3. Abb. in c. ex literis de off. delegati. in vers. glo. in verbo, subdelegatus. & ibi etiam cum Immoia Feli. super eadem glo. n. 3. ad fin. & num. 4. Benedic. Bado. in reperto. ad Feli. verbo, executor nudi ministerij. non habet iurisdictionem, & idem firmat Rebuff. in tractatu de sententiarum executione gl. 12. num. 19. vers. quero si mandetur num. 1. Feli. 376. Ioan. Gratian. in regul. 178. n. 2. post alios, & quod ea careat, text. est in c. fin. §. si de off. delegati. & quod non habeat cognitionem, probat text. in c. pastoralis §. quia verò. de off. delegati. & l. executeorem. C. de executione rei iudi. & vltra dictos affirmant Amador Rodrig. in tract. de executione c. 2. n. 39. Bobadill. in poli. lib. 2. c. 20. sub num. 47. Marq. in tract. de commi. Alex. post Bart. in l. a diuo Pio. in prin. n. 12. Ill. 13. Felin. in d. c. pastoralis §. quia verò. de off. delegati. vers. executor merus. Zuchard. in l. fin. n. 28. l. C. de edicto diui Adri. Berouius in c. significasti n. 1. de off. delega. & in c. quoniam Ab. n. 112. eodem tit. Menoch. de arbi. iudi. lib. 1. quest. 38. n. 20. & quas exceptiones vterque executor possit, vel teneatur admittere, & quando à reiectione admittendarum, vel admissione reicienda

reiciendarum appellationi emissæ vim faciat, exequutor non deferens latius infra c. de exceptio. videbimus 7.

13 Vterque tamen executor, & mixtus, & merus, sunt delegati, & vices gerunt mandantis, docet Speculator tit. de iudice delegato §. secundo. & per eum Parla. lib. 2. rerum quoti. 2. p. §. 3. sub num. 1. tenet gl. in c. si super. verbo, principalis. de off. delega. in 6. Feli. in cap. super quest. de off. delega. vers. capio glossam. in verbo, executeorem. num. 5. Benedic. de Bado. in reperto. ad illum. verbo, executor dicitur etiam allegatus, &c. Abb. in cap. si quis contra clericum colu. 3. de foro compet. & in cap. 2. nota. 3. de off. delega. Innocentius in cap. suscitatus in 1. colu. de rescrip. per illum text. Petrus Surd. consil. 163. num. 12. tomo 2. & probatur text. argum. in d. cap. super quest. & d. cap. pastoralis. §. quia verò. & text. in d. c. §. si de off. delegati. iuncta rubrica ibi. quæ iura (cum loquantur, & disponant de executoribus,) sedent sub tit. de offic. delegati. & sic delegati 14 censentur, quia lex, seu Canon debet intelligi secundum rubricam, & eius naturam, sub qua statutum est, exactissime Euerard. in locis legalibus in loco 45. de Rubro ad nigrum. & Surdus ibi, faciens hoc idem argumentum in terminis nostris.

Et hinc est quod neuter exequutor à quo 15 appellationi emissæ ab eo, negat delationem, vim facit, quoniam vulgare est, vt ab exequutore non sit licita, nisi modum excedat: ita probat text. in l. ab exequutore. ff. de appellat. text. in l. ab executione. C. quorum appella. non recipi. text. in c. nouit 42. de appellat. cap. quoad consultationem. de re iudi. §. 2. tit. 18. p. 3. cap. ei qui appellat. §. ab executeore. 2. quest. 6. Speculator in tit. de executione sentent. §. nunc videndum num. 7. vers. quid si ab executeore. & §. breuiter. versus finem princ. ibi, hinc est. Bart. & alij in d. l. ab exequutore. & in d. l. ab executione. Philip. Franc. Butrius, & Abb. in cap. quoad consultationem numer. 10. nota. vlt. & num. 24. de senten. & re iudi. Ioan. Andreas, Anton. de Butri. & Abb. in d. c. nouit. Alexand. conf. 95. vltis processibus. sub num. 4. lib. 2. & conf. 113. viso themate num. 10. lib. 5. Rota decis. 45. aliis 346. si appellatur de appella. in nouis. Lanfran. decis. 341. incipit si executor. qui de communi testatur. Franc. Marc. decis. Delphi. q. 100. incipit queritur. n. 1. Marant. de ord. iudicio. 6. p. actum 2. n. 2. 59. limi. 7. fol. 497. Guido Papæ tract. de appella. q. 92. n. 59. fol. 60. Rebuff. in tract. de appellat. art. 7. gl. 2. n. 15. vers. quintus. tom. 3. fol. 503. Afin. in praxi iudi. §. 3. 1. & 18. num. 1. fol. 187. Ruginel. in tract. de appella. §. 2. cap. 2. n. 58. Roginel. à Valle conf. 43. n. 6. lib. 1. Thomas Decius conf. 71. num. 19. Simon de Præcis conf. 116. n. 3. Capicidus de-

cisione 34. n. 1. Paul. Castren. conf. 288. volu. 1. n. 1. Ioan. de Amicis conf. 26. Alciatus in l. 1. §. si quis ita ff. de verbor. oblig. Anton. de Canar. in tract. de executione instrumento. quest. 46. sub n. 85. tom. 5. fol. 44. Nicell. in conuor. gloss. conuor. 6. fall. 8. num. 37. fol. 192. Veltrius in praxi lib. 7. c. 3. sub n. 9. vers. sed & inter alios. fol. 196. Casar. Contar. in repet. l. vnica. q. 24. n. 8. & n. 36. & late limi. 19. ratione excessus n. 1. & seqq. C. si de momen. poss. Gallef. formam Camer. obli. c. de quest. post process. inciden. sub num. 11. tom. 6. diuers. fol. 364. qui probant ab executeore non appellari, nisi modum excedente. Bott. conf. 4. n. 5. Cephal. conf. 205. num. 12. Surdus conf. 102. num. 3. Turr. conf. 45. num. 15. volum. 2. Marius Giurba decis. 101. n. 6. qui n. 7. dicit, quod consentiens sententiæ, non censetur consentire excessui. Bal. in c. quoad consultationem. n. 7. de re iudi. Costa de port. rat. quest. 138. in fine. Vincent. Caroc. exceptione 441. à n. 81. cum seqq. Carolus de Tapia in compila. iur. Reg. Neapo. de execut. sent. rubr. 41. ritu 262. num. 3. ex Capicio decis. 34. n. 4.

Hinc est etiam, quod eleganter & notabiliter dicunt Doctores, quod à qualibet 16 causa mundi, in qua datur excessus, appellatio vt licita admittatur, Paris. post alios in conf. 28. ad resolutionem num. 12. lib. 4. sequitur Lancelo. Rober. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 23. Rebuff. in tract. de sententiar. execution. art. 7. gl. 12. sub num. 4. fall. 1. tom. 1. fol. 373. & quod in nullo casu, in quo prohibetur appellatio, negetur ab excessu. Casar. Bartius in decis. Bono. 55. num. 6. cap. adde. Bald. in conf. 319. ad euidenciam, post medium. vers. porro nunquam reperitur. lib. 3. Cardin. Tusc. practicarum conclusionum lib. 1. litera A. 1. tom. concl. 4010. n. 23. Vincent. Caroc. except. 44. n. 82. quod pertinet, quod licet à visitatione non appellatur, ex Conc. Trid. & nos 17 latius suo loco diximus: tamen si visitator excedit modum, appellatio licita est, non frivola. Nauar. conf. 2. tit. de appell. Acosta de iudicis in cap. 1. n. 211. qui loquuntur in terminis Concilij. Pariter à correctione fraterna non 18 appellatur, quando tamen corrigens modum excessit, liberè permittitur ab excessu. cap. reprehensibilis. de appella. Philip. Franc. in cap. de priore sub num. 2. eodem tit. Cardin. Alexand. in cap. ad nostram 3. Decius à n. 1. de appellat. late prosequitur Gregor. Tholo. de appell. cap. 10. num. 1. & n. 8. Ruginel. eodem tract. §. 2. c. 3. n. 229. Pavi. decis. 1. p. q. 10. per totam. qui plures allegant.

Qui doctrina æqualiter accipi debet in executeore mixto, ac in mero, vt à neutro appellatur, nisi modum excedente, quoniam ita absolutè, generaliter, & sine distinctione loquuntur iura, & Doctores citati, & in specie



specie eleganter aduertit Parlador. *lib. 2. re- rum quoti. 2. p. 3.* quia aliter intelligere, fo-  
 20 ter facere de via executiua ordinariam. Parladorium sequitur Amador Rodriguez in tractatu de executione inter. *cap. 2. sub num. 43.* & quod d. lex ab executione, loquatur in mixto exequutore, cui iurisdictione inest, in specie dicit Bald. *ibi sub num. 4. ad fi. & idem dixit Marquet. de commiss. 1. p. cap. 2. 3. num. 14.* dum ait, quod siue exequutor facti  
 21 sit, siue iuris, ab excessu semper admittit reneatur appellationem, iura, & Doctores allegans, sic eos intelligens, quidquid dixerunt Anto. de Butri. in *c. nouit. n. 6. de appella.*  
 22 & Ruginelli. *tract. de appell. §. 2. c. 2. n. 60.* quod à mixto exequutore possit appellari, sed euidenter falluntur, si id absolute intelligunt.  
 Tum ex rationibus, quæ à Doctoribus reddi solent, propter quas ab exequutore non appellatur, quarum potissimum attendenda illa est, quia si grauamen adest, iudex cuiusque sententia illud inferunt, qui eam  
 24 tulit, non verò is, qui eam effectui tradit, quique iudicis mandatum fideliter exequitur. ita considerat Craueta *conf. 273. nobilis Domine celu. 2. num. 10. vers. secundo quia. & vers. nec obstat.* ubi explicat & bene Rebuf. in *tract. de appella. artic. 7. gl. 2. num. 15. vers. quintus. tom. 3. fol. 503.* Ab. in *cap. de catero n. 10. de re iudic. Sigism. Escacia de appella. quest. 17. limi. 10. num. ....* ergo quemadmodum denegatur appellatio ab ipso iudice, & sententia tranfacta in rem iudica. debet merito denegari ab eius exequutore, cum in hoc cesset grauamen. Quibus adde omnia fundamenta, quæ adduximus supra hoc lib. 4. c. 1. n. 16. vers. quæ quidem opinio, & num. seqq. nam  
 25 actus non attribuitur exequenti, sed mandanti, & ordinanti. l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque vniuers. nomi. c. cum aliquibus, de rescriptis lib. 6. & quos in proposito citat Aymon Craueta *conf. 144. num. 3.* Tiraquell. in *tit. conubiali. gl. 8. num. 184. & 194.* Petrus Surdus late *conf. 29. num. 3. tom. 1. & decis. 8. num. 23. & decis. 192. num. 9.* & ab illo, quod  
 27 venit in executionem alicuius actus inappellabilis, pariter appellationi delatio deneganda est, ita Bald. in *l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. de eo quod metus causa. Feli. in c. quoad consultationem. num. 14. ante fi. de re iudi. Cæsar Contar. in l. unica C. si de mom. poss. limi. 19. n. 16.* & alios quos citavi supra hoc lib. 4. d. cap. 1. à num. 16. à princ. Sed hæc ratio & conueniens est, & communis utriusque exequutori, tam mixto quam mero, ergo vna debet determinatione comprehendi.  
 Nec obstat, quod mixtus exequutor potest liquidare ea, quæ incidunt in executionem,

& super iis habet causæ cognitionem, & sic quod ipse potest grauare, vt dicebant præcitatæ Doctores, Butrius, scilicet, & Ruginel. quia respondetur. omne quod venit liquidandum in executione, est pars ipsius, & executorialium, quod quidem non mutat Iustitiam rei iudicatae (cessante excessu) sed continet declarationem, interpretatiuam ipsius sententiæ, non augmentem, nec minuentem, nec inducit nouum grauamen, ac propterea cessat appellatio. ita eleganter considerauit Rota Romana in mirabile decisione 100. num. 14. & 28. p. 1. *diuersa. Escacia de appella. quest. 17. limi. 10. num. 55.* Roman. *conf. 45. num. 20.* ubi bona additio. Rota *decis. 271. num. 2. p. 1.* Ceuallos in *contra comm. quest. 897. sub num. 936. p. 2.* optimè quidem declarat Gratian. in *disceptatio. forensi c. 333. à num. 2. tom. 2.* ubi allegat d. Rota de cisionem, ac propterea totum attribuitur mandanti, cuius præceptum exequitur, quod & eo minus dubitabile redditur, quia nec à  
 30 liquidationibus huiusmodi in executione incidentibus appellatio emissa suspendit executionem earum, vt dicemus infra in c. de liquidatione. nempe cap. 10. à principio ubi plurima congesimus.

Insuper & eo probatur, quoniam communis & indubitata conclusio est, quod ab  
 31 executione non appellatur, vt supra nos late cap. 1. hoc lib. 4. à qua nullus est qui declaret, an à mixto an à mero fiat, quoniam si non potest appellari ab executione, non poterit etiam ab exequutore, cum exequutor, & exequutor idem est inseparabile & indiuisibile, idemque est, appellare ab aliquo facto iudicis, quod appellare à iudice ali-  
 32 quid faciente. non enim appellamus ab exequutore, quia est exequutor, sed quatenus exequitur, & ab eius facto. & ideo interdum dicimus, non appellatur ab executione, nisi modus excedatur, interdum verò, non appellatur ab exequutore nisi modus excedat, vt est videre ex supracitatis Doctoribus, & præcipuè Lancelo. *de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 22. & seqq.* & ab eo citatis, & interdum etiam, ab executione non appellatur, nisi exequutor in ea excedat, quo modo loquendi vtitur *l. ab executione C. quorum appella. non recipi. in prin. quod quidem ex eo prouenire certum est, quia exequutor, & executio, idem est inseparabile, & ideo si via executiua non admittit appellationem, & illam facit tam mixtus, quam merus, ergo à facto utriusque pariter exclu-  
 33 denda est, nisi modus excedat, quia fieret de via executiua ordinaria, vt rectè considerant Parlador. & Rodrig. locis superius citatis.*

Illorum

Illorum autem Butrii, & Ruginelli opinionem libenter admitterem in illo altero genere exequutoris mixti, cuius mentionem faciunt citati Doctores supra ad principium huius capi. & est videre per Menoch. *de arbi. lib. 1. cap. 38. à num. 2.* & ex iis, quos ibi late congerit cum Innocentio, & Abb. quando scilicet, aliquis conquestus est se prædico fuisse spoliatum videnter, & Pontifex dat exequutorem, vt si ita est, illum restituat, & mittat in possessionem alicuius beneficii si est vacans, quia hoc genus commissionis habet tacitam conditionem, si est spoliatus, si vacat, &c. in quo habet exequutor causæ principalis cognitionem, & debet necessariò procedere, quia nihil de ea cognitum fuit, vt late est videre per eundem Meno. *ubi supra*, ac propterea hoc casu ab hoc mixto exequutore nihil mirum, si sit licita appellatio, etiam si non excedat, quia intelligitur datus etiam ad causam principalem. de quo nos 5. p. cap. 7. ubi de appellationibus ab exequutoribus gratiarum. Hoc igitur casu bene procedet dictorum assertio. at in exequutoribus executorialium falsa est, vt probauimus, à quibus indistinctè appellationi emissa vim non facit, haud deferens, nisi modus excedatur, ita vt ab eorum excessu interiectæ erit euidenter violentia, si delatio negetur.

Hinc euenit, reprobandum, minimèque  
 35 audiendum Gratia. in *discepta. foren. tom. 1. c. 146. num. 36.* dum dixit ab exequutore modum excedente appellari, sed quoad effectum deuolutiuum tantum, non autem suspensiuum, allegans ad id Ceuallos in *contra commu. opin. quest. 190. num. 6.* & Ioan. Gutier. in *l. repositio. l. nemo potest. de lega. 1. n. 447.* sed euidenter, vt vides ex iuribus, Doctoribus, & Auctoritatibus hætenus adductis, fallitur, & multis rationibus, quas adducere possumus, vt conuictum eum redderemus, omitto, illud annotans, quod Doctores scilicet Ceua. & Gut. ab eo citati id nullo modo asseuerant, sed loquuntur dumtaxat in appellatione ab exequutore, & executione, vt non admittatur secundum communem receptam opinionem, quoad effectum suspensiuum. quoad deuolutiuum tamen admittatur, quod supra cap. 1. scripsi, non tamen loquuntur in excessu appellatione.

Quare quid in re hac excessus sit inconueniens, describere non videtur. excessus autem est, potestatis mandata limitu transgressio. sed in proposito descriptio illa magis quidem consonat, vt excessus sit, nouum quoddam grauamen, extra limites mandata potestatis, per exequutorem illarum. Et licet vtraque sustineri valeat, hæc tamen vltima

magis copiosa, suisque integralibus partibus constare magis videtur. siquidem exequutor recipit potestatem, & iurisdictionem strictissimè à commissione, cuius fines præ oculis habere debet, nec eius limites transgredi, sed sub suæ limitibus commissionis contineri. *l. diligenter fines mandati custodiendi sunt, ff. mandati l. non distinguemus. §. de off. §. si. ff. de receptis arbitris. c. cum dilecti. de rescriptis. c. cum in veteri. de accusationibus. cap. bone memoria. 2. de postulatione pralatorum, & vbilibet Doctores.* & iterum loquendo in exequutoribus, est text. elegans in *l. quicumque. ibi*, hoc tantum potestatis arripit, quod mandatum curæ suæ specialiter approbetur, &c. *C. de exequutoribus, & exactoribus lib. 12. cap. P. & G. & cap. cum olim de off. delegati. l. 20. tit. 4. & l. 47. tit. 18. p. 3.* Commissarius siquidem præ oculis habere debet tenorem, & verba commissionis, seu rescripti. docet *gl. in l. Pedius. §. in seruum ff. de arbitris. & post eam Bald. in l. cum magistratu. in prin. C. quando prouocare non est necesse, dicens, quod iudices non debent discedere à verbis rescriptorum. & idem Bald. in rubr. extr. de off. delegati, colu. penult. post Innocen. quod iudex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus verba ipsius rescripti patiantur. idem Bald. in cap. significante de rescript. tradit, quod ubi non conueniunt verba rescripti, & commissionis, nec rescriptum quoque conuenit. Baldum his locis sequitur Tiraquellus in *l. si unquam. verbo, libertis. sub num. 10. C. de reuocandis donatio. Innocent. in cap. super questionum numer. 2. de off. delegati. Marquet. de commiss. 1. p. cap. 2. 4. n. 4.**

Et probatur autoritate Deuteronomij *cap. 12. in fi. ibi*, non facientes singuli, quod vobis rectum videtur, sed quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, &c. & facit illud Apocalypsis *c. vlt. ibi*, si quis appouerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas. ) facit etiam illud Exod. *c. 25. ibi*, vide, omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte, &c. ) & idipsum probatur Actuum Apostolorum *cap. 7. & Pauli ad Hebræos cap. 8.* & illud Iob *cap. 14. ibi*, constitui terminos eius, qui præteriri non possunt, &c. ) cui conuenit Deuteronomij *19. c. & iterum Paul. ad Timotheum 6. cap. quod dicitur: Præcipio tibi coram Deo, vt serues mandatum sine macula.* ) & illud David *Pf. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis* ) & iterum: Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. ) & conuenit illud eiusdem David, *Pf. 118. ad sextam. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui.* ) & iterum: A iudicis tuis non decli



declinaui, quia tu legem posuisti mihi.) & Psal. 3. ad sextam. Da mihi intellectum, & discam mandata tua.) Et probatur Genesis 22. 4. ibi, A Domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum, &c.) Facit & illud Diui Pauli Philipp. 3. Imitatores mei estote, & obseruare eos, qui ambulant sicut habetis formam nostram, &c.) & idem 1. Thessalon. 4. ibi, Et ne quis supergrediatur, &c. quia vindex est Dominus.) & illud Ioan. 1. cap. 2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est, &c.) & iterum c. 5. in prin. & illud Ioan. c. 14. ibi, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, &c.) & illud Bernardi lib. 1. de considera. c. 3. ibi, Possessione, & dominium cede huic, tu curam illius habe, pars tua hæc, vltra nec extendas manum, &c.) & illud Pauli 1. Corinthiorum 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt, iudicare.) cui consonat illud Luca 12. (O homo, quis me constituit iudicem, aut diuiforem inter vos?) & illud Ioan. cap. 6. ibi, quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, &c.) & vltimus cap. 4. ibi, ut faciam voluntatem, qui misit me, ut perficiam eius opera, &c.) Quibus conuenit illud Diui Ambrosij in lib. de Paradiso. Si quid addas, vel detrahas, prauaricatio videtur esse quædam mandati, simpliciter enim, & pura mandati forma tenenda est, vel testimonij series intimanda.) Hæc ille.

44 Et ideo tenor sententiæ, & commissionis debet per executorē præ oculis haberi semper, Roman. conf. 336. circa propositum in prin. & num. 2. in fi. Cardinal. Tuscus practicar. cond. tom. 3. litera E. concl. 485. num. 1. & num. 3. & concl. 483. num. 1. Ioan. de Ana. conf. 5. vna narratione in prin. vbi etiam Ludou. Bologninus in apostil. & idem repetit in conf. 9. in prin. Abb. conf. 3. Nitar. colu. 11. vers. decimo quaro, lib. 2. facit l. prohibitum. ibi, cum literis nostris cognouerit, non ex arbitrio suo.) C. de iure fisci lib. 10. l. 1. C. de ex. actio. tri. eodem lib. l. 1. C. de mandatis Principum. cum aliis, quoniam tenor sententiæ est forma ipsius, docet optimè Bart. in c. cum in veteri. post prin. de electione. per text. in l. cum eorum. C. de sententijs, & inter. omnium iudi. Sequitur Tiraque. in reperto. l. si unquam. verbo libertis. sub num. 9. ad medium. C. de reu. vbi pariter refert dictum eiusdem Bal. in l. ab executio. colu. vlt.

46 C. quorum appella. non recip. dicentis, verba sententiæ ponderanda esse, sicuti & contractus. arg. per l. fideiussores magistratum, & pro Aurelio. ff. de fideiusso. conuenit, quod dicitur idem Bal. in l. quoties. colu. 1. vers. ex hoc elicitur C. de suis & legitim. relatus à Tiraque. vbi

proximè sub num. 6. quòd verba contractus sunt forma ipsius, quæ dat esse rei, nec ei aliquid addi potest, vel detrahi. quare succedit regula vt forma omisso vitiet actum iuribus, & authoritatibus vulgaribus. nam prouiso siue iuris, siue hominis, facta determinato modo, suos terminos excedere non debet, Bald. conf. 5. l. lib. 5. per l. 1. §. si plures ff. de exercitoria. l. qui aliena s. libertos de negot. gest. latè prosequitur Iuli. Cæsar Rugin. practi. q. 42. à num. 9. & seqq.

Vera enim est generalis iuris determinatio; nullam dispositionem vltra egredi, quam verba, & tenor patiantur, vt per l. quidquid asfringenda. ff. de verbor. obligatio. asserit Sigrnorolus conf. 61. quæstio talis est, potestas, colu. 3. vers. 3. Tiraque. in d. verbo libertis, num. 6. in fi. Maria. conf. 18. prosequendo ordinem in prin. & eius filius Socin. conf. 64. in presenti. colu. 3. lib. 1. & conf. 88. considerata. in prin. eodem lib. 1. Bal. conf. 266. proponitur, quod quidam Anton. colu. 2. lib. 3. Raphael Cuma. conf. 364. colu. si. quam doctrinam probant infinita iura in l. actorum verba, ibi, tenore sententiæ perseuerante.) ff. de re iudi. & alia determinantia hoc idem in variis casibus, & dispositionibus, vt fit semper verbis, & tenori dispositionis cuius inhaerendum, recedi autem ab eisdem nullo modo. probat text. in l. sancimus. ibi, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit.) C. de fideiusso. l. si. ibi, stipulationis paternæ tenor.) C. communia vtriusque iudicij. l. vt inter. ibi, iuxta pacti tenorem.) C. de in iudicibus stipula. l. si operas in fi. cum dicitur: pacti tenor seruabitur.) C. de solutio. & l. vlt. ibi, pro tenore communis militantium placiti.) C. de pignorib. l. ad probationem. ibi, quem tenor scripturæ designat.) C. de probatio. l. si quis stipulatus sit Stichum. in prin. ff. de verbo. obliga. qua iubetur sermonem stipulationis inspicere. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. eodem tit. ad fi. ibi, plerumque enim stipulationis verba, ex quibus oritur obligatio, inspicienda sunt.) l. stipulatus es. ibi, secundum ea verba stipulationis.) ff. de fideiusso. text. in c. 1. ibi, præter tenorem inuestituræ.) tit. de duobus fratribus, in vltibus feudorum. & text. in c. si cui. ibi, tenorem inuestituræ sequendum.) tit. de extraordi. capit. Corrad. text. est in c. porro. de priuileg. ibi, quod totum ex inspectione priuilegiorum plenius animaduertere potes.) & iterum ibi, volumus priuilegiorum suorum seruare tenorem.) c. recipimus, de priuilegijs. ibi, inspicienda sunt ergo Ecclesiarum priuilegia, & ipsorum tenor diligentius attendendus est.) text. in c. consideramus. ibi, contra tenorem priuilegiorum.) de electione c. si. ibi, tenor indulgentiæ.) de translatioe prelatorum. c. cum in iure, ibi, iuxta compromissi tenorem.) de electione

tionem. c. examinatur. ibi, contra formam compromissi.) de confirmatione vtili vel inutili, & in c. cum olim in fi. ibi, iuxta tenorem arbitrij.) de prescriptio. & in c. Raynald. ibi, prout forma compromissi.) de restam. c. cum dilecti. ibi, ex tenore instrumenti.) de donatio.

- 50 Et quòd generaliter non fit recedendum à verbis, & tenore cuiusvis dispositionis, cum eius tenor sit forma ipsius, etiã si aliud suadeat natura rei, cum verba sint clara, non solum in sententijs, commissionibus, & re-
- 51 scriptis, seu contractibus (vt diximus) locum habet, sed in cunctis dispositionibus, & actis, scilicet legibus, statutis, priuilegijs, feudorum concessionibus, testamentis, compromissis, libellis, instrumentis, & alijs, vt ad longum de singulis prosequitur, plura in comprobationem adducens Andr. Tiraquel.
- 52 in l. si unquam verbo, libertis. à num. 4. quia vt inquit D. Epiphanius Panar. tomo 2. Vbi, verborum ordo, ibi mysterium est.
- 53 Tenor enim mandati via est recta, & executori lucerna, vt docet Dauid in Psal. 2. ad sextam ibi. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.) & vltimus: A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.) & iterum in Psal. 1. nona, quod incipit, mirabilia testimonia tua, &c. ibi, Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non domineatur mei omnis iniustitia.) Munera tamen, & malignantium persuasio executorum ab hac recta via, & mandati tenore diuertere, ac declinare, faciunt, & interdum perperam interpretari, aut intelligere mandatum. ita clamans sentit propheta Rex Psal. 3. ad sextam, ibi, Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.) & in fi. ibi, Præterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.) & Psalmo 2. ibi, Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua.) & Psal. 3. ad tertiam, Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me.) & Psal. 118. ibi, Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.) & Psal. 1. ad nonam ibi, (Redime me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua.)
- 55 Omnes denique creaturas (dempto homine) sui creatoris præcepta vnicuique imposita, accuratè & ad vnguem adimplere, videmus, nec in minimo limites, ac mandatum transgrediuntur, iuxta illud Dauid Psal. 103. Terminum posuisti, quem non transgredientur, &c.) & ampliùs Psal. 148. Statuit ea in æternum, & in seculum seculi, præceptum posuit, & non præteribit.
- 56 Nam si tenorem sententiæ, executoria Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

liumque fines executor egrediatur, definit esse iudex, & executor, ac inde potestate, & iurisdictione carere incipit, hos siquidem executores semper ego consideravi ad instar habentis iurisdictionem territorij circumdatam, & limitatam, quia in eo, quod fines egreditur, eius cessat potestas statim, seque inuenit vt priuatus sub iurisdictione alterius, l. si. ibi, cum terminos vrbis exierit, potestatem non habet, &c.) ff. de off. praefecti vrbis. l. extra territorium ius dicenti impune non paretur. ff. de iuris. d. omni. iud. executor autem suam potestatem, & iurisdictionem coarctatam habet, circumdatamque sub limitibus suæ commissionis, tenori sententiæ & executorialium inhaerentem ex iuribus supra allegatis. idem namque est, limites territorij egredi, ac terminos iurisdictionis ampliare, text. qui hanc comparisonem facit in d. l. extra territorium. ibi, extra territorium ius dicenti impune non paretur; idem & si supra iurisdictionem suam velit ius dicere, &c.) l. in hoc iudicio. ff. famil. heris. facit text. in l. ex stipulatione. ibi, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi, sæpe constitutum sit, &c.) l. post sententiam. C. de sententijs & interlo. omni. iudi. de quo infra cap. 4. à num. 11.

Qui quidem executor si se sub suæ commissionis, & executorialium limitibus non contineat, earum imò fines, tenorem, & terminos excefferit, in eo quod excedit, definit esse executor. ita eleganter Gregor. Tholosa. in tract. de appella. lib. 2. cap. 11. n. 2. vers. quod maximè. sequitur Sigismund. Efcacia in tract. de appell. quæst. 17. limi. 11. sub n. 6. elegans Rotæ decis. 45. alijs 346. si appellatur. de appellatio. in nouis. & in excessu caret iurisdictione, ac definit esse iudex. Rota Romanæ mirabilis decis. 100. num. 17. p. 1. diuerso. Ceuallos in contra commu. q. 897. sub num. 93. 1. p. 4. carèque per consequens potestate, d. l. 64 quicumque. iuncta l. contra nostra. C. de executoribus, & exactoribus lib. 12. vt per Menoch. de recuper. poss. rem. 8. num. 13. & 17. & conf. 69. n. 75. & seqq. volu. 1. reddit rationem Thom. Sanch. de mat. lib. 2. dissertatione 40. num. 17. quia cum potestas sit limitata, in quo executor excedit, potestate caret. nulla enim maior est nullitas quàm gestum extra potestatem, Boër. decis. 299. Oliua. de iur. iur. cap. 15. num. 39. Riman. lun. conf. 281. num. 70. Rota diuerso. decis. 666. num. 4. p. 1. Bertazol. conf. 465. num. 24. Nizol. allegat. 20. num. 21. Calualca. decis. 19. num. 1. p. 3. Vantius tit. de defect. iuris. d. n. 1. Paris. de gabell. p. 3. num. 37. Giurba decis. 96. sub n. 10. & nos infra c. 6. n. 3.

Ac insuper executor, qui executoriales excedit; aliud quidem separatum ab eis, &